Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Potest ne bonum cuiq̃ malo inesse? aut
potest quisq̃ in habundancia bonorum
ipe esse non bonus. At qui ista talia
omnia uidemus. ut etiam improbi
ea habeant & obsint bonis. Quaobrem
litet irrideat. siquis uult. sed plus apd
me ualebit uera ratio q̃ uulgi opinio:
Neq: ego unq̃ illum dicam bona perdidis
se siquis pecus aut supellectilem amisert
Nam non illum sepe laudabo sapientem
Byantem ut opinor qui nominatur inter
inter Septem sapientes. cuius cum pa
triam plenam cepisset hostis. ceteriq:
ita fugerent ut multa de suis rebus
exportarent. cum esset admomtus a
quodam. ut idem ipe faceret. ego uero
inquit facio. nam mea omnia mecu
porto. Ille hec ludibria fortune non sua
quidem putauit. que etiam nos ap
pellamus bona. Queret igitur ali
quis aliquid est bonum. siquid recte